

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Novum Gratiæ Prodigium: Sive Vita Venerabilis Matris,  
Sororis Joannæ à Jesu Maria Monialis Præcipui D. Claræ  
Coenobii In Bvrgos**

**Ameyugo, Francisco de  
Coloniæ Agrippinæ**

Caput XVIII. Christus Servator noster preces ac merita Sponsæ suæ  
Joannæ dirigit ad salutem & utilitatem animarum perque illa magna patrat  
prodigia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37120**

Erat cum primis Sor. Joanna, ac præ aliis sollicitè intenta, ut Sacerdotibus piam sanctamque vitæ conversationem suis precibus monitisque obtineret, compluresque illorum à malo ad bonum reduxit statum, qui etiam sponæ Christi in omnissua vita se gratos exhibuere. Unde verò quis piam, cuius cor malus dæmon possederat tam effrenem, solutam, perditamque ducebat vitam, ut improbis mortibus suis vitiorum usu ac consuetudine Cœlum in iras provocaverit, terris scandalum fuerit, totumque illum locum horrore compleverit. Joanna ergo pessimæ ejus vitæ rationi indolens, acceriri eum aliquoties jussit, admonuit castigavitque verbis, magna tamen cum amoris ac venerationis significacione. Porro Sacerdos ille usque ad īrā indolis, ut eādem insaniens & occidens ad Cœnobium se contulerit, sponsamque Christi dolo ad colloquendum evocāvit simul ac verò illa præsens ad cancellos collocutorii adfuit, sclopum manuum duabus glandibus gravidum in eam exonerat: tetigit etiam pectus ejus; iustum tamen licet habitum ac runciam penetrârit. sacrum tamen ejus corpus minimè lœsit.

## CAPUT XVIII.

*Christus Servator noster preces ac merita sponsæ sue Joanne dirigit ad salutem  
Et utilitatem animarum, per quæ illa magna patrat prodigia.*

**Q**ui nude solunamodò DEUM orat, non orat, sed is qui rectam orandi methodum novit. Usque modo ait Christus discipulis suis *Ioan. 16.*

v:24. non petistis quidquam in nomine meo petite & accipietis. An non multa illi antè petierant? Ita omnino inquit D. August. Sed ea non in Christi nomine petierunt. Et hoc tantum erat, ac non perfisse. Si quidem qui in hujus Domini nomine non rogat, non rectè orat, ideoque sic ut nihil impetrat. Hinc cognoscere possumus, cur Venerabilis hujus Virginis tam efficax fuerit oratio, ut illi nihil unquam negaret DEUS, quia videlicet semper orationem suam in Christi nomine atque juxta beneficium eius instituit. Ipse Dominus eidem indicabat, quid ab se peteret, & pro quo deberet petere. Ipse etiam famulæ suæ Joannæ merita ad intentionem suam mentemque dirigebat. Adhac demonstrabat sponsæ suæ, ceu intersissimo speculo, in seipso cum propria eius opera, tū proximorū necessitares, dicebatque illi: Filia mea Joanna, meæ voluntatis est, ut hoc quod nunc agis, sit pro hoc, & quod jam patēris sit pro illo, & aliud denique ad alium finem fiat. Et ratione Dominus, quidquid ageret ac pateretur ad mentem suam direxit dicens illi: Hæc diverberatio seu disciplina sit pro Ecclesia, hæc abstinentia seu jejunium pro Rege ac Regno, hi cruciatus pro animabus in Purgatorio, hi dolores &c, afflictiones pro sceleribus Orbis terrarum. Ita quoque agebat ejus famula: videbatque quod cum sua opera offerret in eum finem eaque intentione ac modo, quem Christus ei prescriperat, ipse Dominus genuflexus una secum opera sua Patri æterno offerret, eidem etiam sacratissima sua monstraret vulnera, suoque pretioso

Yy 3 San-

*Cur nos pe-  
titano non im-  
petremus.*

*Curque Jo-  
anna impe-  
tiarit om-  
nia.*

sanguine merita sponsæ suæ Joannæ exornaret, ut omnia, quæ illa peteret Cœlestis Pater suus eidem largireret. Nos plerumque nihil impetramus juxta votum, eò quod non petramus quod DEO, sed quod nobis placet, cum tamen juxta DEI placitum petendum esset.

Dominicâ nonâ post Pentecosten, Universalis Ecclesiæ precatio sonat ut sequitur: Pateant aures misericordia tua domine precibus Suppli, cantium; & ut petentibus desiderata concedas, fac eos, quæ tibi sunt placita postulare. Ad hunc propterea modum instituta erat Sor. Joannæ oratio, atque ideo nunquam non à DEO desiderata consequebatur. Egitimus haec tenus de mirabilibus, quæ divina Majestas ad salutem animatum egit, nunc aliquid memorabimus, quæ ad corporum salutem in Monasterio sponsæ Joannæ statu Majestas ejus est operata.

Primam & præcipuam salutem corporeæ conservationis multorum mortalium tanquam Dominus ac DEUS exercituum demonstravit in illo memorabili prælio ad Fuenterabiam. Rupro siquidem pacis fœdere atrox bellum Gallos inter Hispanosque exarsit. Admirabilis Castiliæ summus Copiarum Hispanicarum Dux fuerat constitutus. Erat Dominus iste singulati devotionis affectu Matti Joannæ addictus, dum igitur iter per Burgensem Urbem facit, Sor. Joannam suo in Cœnobio invisit. Quod unicè ac instantissime expetebat, ab ea fuit, vellit Mater Joanna se pro prospero armorum Hispanicorum bellique successu Domino fideliter

commendare. Inter hæc postulata vi-sendam scilli præbuit sanctissima Virgo MARIA aitque ad eam: fac, filia, quod hi abs te petunt, bonoque Admirabilem animo esse jube: ego quippe in omnibus tibi adjutrix ero. His ubi Sor. Joanna animata fuit, animavit etiam Admiralem ejusque milites, tradiditque iis etiam Crucem de S. Turibio, atque ita ei valefecere confirmati animo & magnopere consolati. Vespere per vigilii Natalis Deiparae Domina nostræ initus est ad Fuenterabiam conflitus, ardenteque jam utriusque aciei certamine, inclamat Admiralis Matrem Joannam o-pitulatricem, cum annexa commemo ratione ponsionis sua, fore ut ei tan quam alter Moïses orationum suarum Joannam armis assistat. O rurum propterea ac singulariter prodigium! Vix Orationem cata nobis hanc Admiralis finierat, & ecce dum Hes- bia pendensque haec tenus prælii sors, nisi obiret illico usque adeò iniqua adversaque victoriam Coronæ Galliæ, tam verò parti Hispanorum favens ac propitia evasit, ut Corona Hispaniæ nobilem insignem que de vieta prostrataque Gallorum acie victoriam retulerit. Sed totum hoc effectum est, eò quod Regina Cœlorum MARIA in sociam filiæ suæ Joannæ adscita, invisibiliter parti nostræ præsentes adessent, unde Gallorum fusa, fugata, ac dissipata fuere agmina, nostri verò insignem obtinere victoriam.

Non minora pace quād bello, DE US Joannæ spousæ suæ gratia patravit miracula. Comites de Rebilla erant eximia devoti animi propensione Sor. Joannæ affecti. Frequentabant eam E-pistolis, & quandoq; ipsi etiam è loco

ac regione Catiba, ubi sedem domiciliū habebant, advenere ad invi-  
fendam Sor. Joannam. Sed neque hoc  
satis erat eis! curaverunt Matrem Jo-  
annam depingi eamq; effigiem loco  
celebti locavere, quod semper eis esset  
in oculis. Illus. D. Anna de Velasco &  
Médoza, quæ a via fuerat D. Alphonsi  
de Velasco Comitis de Rebilla, habu-  
it in famulatu inter alias ancillam, quæ  
diaboli magis, quam Dominæ suæ  
mancipium videbatur. Ut ergo D.  
Anna vidit quod dicta ancilla, lenibus  
blandisq; mediis ad frugē stadiumq;  
virtutis per moveri nequeat, collare  
ferreum cervici ejus seu cippum iniici-  
cum ferrea 30. li. catena iussit. At verò  
mala herba improba ancilla, quæ mo-  
destior exinde tractabiliorque fieri  
debuerat, è contra rabie petita tanto-  
pere felle ebullit, ut velut irritata vi-  
pera clementem Dominam suam vitâ  
privare cogitaret. In eum siam sibi  
de aliquanto arsenici modo proividit.  
Itaque ubi Domina cum reliquis an-  
cillis esset in templo, abiit ista, ut edu-  
lis, quod paratum Dominæ fuerat,  
toxicum illud inspergeret. Cum ergo  
per gradus ad Culinam deorsum ten-  
dit; apparet ei Monialis S. Claræ, quæ,  
uti postmodum mancipium est con-  
fessum eandem prorsus Religiosam  
vestem, eandem faciem, totam idenq;  
corporis gerebat formam ac speciem,  
quam referebat illa dominæ suæ effi-  
gies, quam Sor. Joannæ nuncupabant.  
Hæc sanctimonialis dixit Ancillæ:  
quonam vadis Maria? ita se vocabat  
mancipium. Què vadis filia? Redi  
rursus ad te propositoq; nefario absti-  
nere. Non tu profectò id effeceris, a-  
gas libet quidquid voles. Territa qui-  
dem aspectu ejus fuit ancilla, yetum

nulla eam propositi conatusque im-  
probis subierat pœnitudo, sed in effe- bibetur ad  
frustra sanè, sufficiat.  
bibilis  
etum deducere tentarat, frustra sanè, sufficiat.

nam ne unum ultra promovere pas-  
sum potuit. Ut ergo misera hæc Cre-  
atura confexit, se Dominam suam  
vitâ privare non posse, rabida vindi-  
ctæ ardens cupidine, se ipsam interce-  
mis, voravit enim ipsa glutitiq; vene-  
natum pulverem atque in sequente  
die mortem exinde oppedit. Ante obi-  
tum tamen crimen suum cum iam di-  
ctis circumstantiis aperuit ac enarra-  
vit, lacrymantibusq; oculis veniam à  
Clementissima Domina sua petiit, atq;  
sic peracta exomologesi est defuncta.

Alio quodam tempore ægrotavit  
prædicti Comitis de Rebilla Mater  
Originem ea infirmitas trahebat è pe-  
stilenti tubere, eratq; paucos intra dies  
maximum discriminem vitæ. Domestici  
omnes speciale fiduciam reposue-  
rant in sp̄s Christi Joannæ preci-  
bus, ideoque protinus famulorū unus  
ad Sor. Joannam est missus, qui Comi-  
tissæ periculum ac infirmitatem inti-  
maret. Subrisit ad hoc nunciū Joana  
, famulo tamen dicit ut paululum  
præstoleret. Interea illi è Cella sua vi-  
tium atrulit in calicis medium effor-  
matum, aitq; illi: Vaseulum hoc defer  
Clementissimæ D. mæ, eiq; meo dic  
nomine, ut ex illo tantum aquæ bibat  
quantum ipsa cupit. Excepit magna fi-  
de ac pietate vasculū illud Comitissa,  
jussitque illud continuè aquâ repleri,  
haurit totam, quæ illi tam efficax ad  
salutem fuit remedium, ut epoto cali-  
ce momento calor noxius evanuerit,  
atque illa repente sanitatem receperit.

Sed à Joan-  
næ mira-  
biliter ap-  
parente pro-  
-

Erat nostra Soror Joanna speciali à  
DEO prædicta gratiâ ad laqueos do-  
lora que machinationes dæmonum a-

yter

Mancipi-  
um à Da-  
mina coer-  
cium can-  
dem veneno  
tollere ten-  
tat.

Sed à Joan-  
næ mira-  
biliter ap-  
parente pro-  
-

vertendos dissipandasq; Dom. Petro de Sanzoles , de S. Crux Nobilis Burgensis , peculiarisque sponsæ Christi Joannæ venerator , qui inseculari statu illius multum ei fuerat adjumento , venatum aliquando foras processerat. Ut verò is intra montes fuit, infedere mali dæmones mulum cui ipse insidebat. Erat alioqui jumentum illud perquam obsequens ac mansuetum ; at mali Genij adeò turc illud efferauerē, ac si plenum esset dæmonibus, prout reverā etiam erat; domito siquidem primum frenum excusit; tum verò tam insolitum ruditum edidit saltusque obliquavit , ut bonus Nobilis metueret ne in partes distraheretur. Incedebat eo tempore per sui claustrum ambitum Sor. Joanna, auditque vocem sibi dicentem; Joanna commenda DEO amicum tuum Dominum Petrum de Sanzoles, qui maximo in discrimine versatur. Conversa retrorsum videre voluit, quisnam sibi loqueretur , duoque neminem conspicit cogitabat famula DEI esse imaginationem solam pergitque suo itinere. Post alterum passum iterat eandem exaudit vocem dicentem ; Joanna , commenda DEO amicum tuum Dom. Petrum de Sanzoles, qui magno in periculo est constitutus. Iterum invertit se ancilla D. viditque S. Matrem Teresiam de JESU, quæ jam dictas voces protulerat. Joanna commenda amicum tuum DEO D. Petrum de Sanzoles, qui magno in periculo versatur. Tunc ait Joanna, S. sumus quen- Mater mea, Si D. Petrus te Protectri- dam a gra- cem haber, cur opis meæ egear? Sic fieri deber, responderet S. Mater Tere- sia, nam id sic vult DEUS habere. His que S. Mater Tertia evanuit. Ubi er-

go Sor. Joanna oratione se dedidit, ab Angelis ad montem illum est deportata, ubi miser ille Nobilis sudore diffluens & angustia plenus, cum periculo muloque suo conflctabatur seq; fatigabat. Ad Joannæ adventū Spiritus maligni velut umbræ ad solis iubar diffugere, quippe qui Ancillæ Christi præsentiam ferre non possent : atque ita mulus conquievit, rediitque Nobilis ille integer illæsusque in domum suam. Adit is Joannam postridie, ut helleatum ei periculum suum referret, ad quod illi respondit: O Domine mi, quam bonum est amicos habere in cœlo! Ego verò addo : bonum valde esse amicos habere in terris.

Expertus id est oppidò probus quidam homo , singularis venerator Ven. Matri Joannæ, qui juxta Monasterium ejus habebat domicilium, hic itemque in puto quendam multo spectante sentimenter populo decidit, simulque deciderunt luper eum grandia magni ponderis faxa , sic ut in puto scrobe vivus sepultus videretur, jamque vix anhelatum duceret & in supremo propemodum agone versaretur. Cum igitur nullum suppeteret humanum eum juvandi medium, surratio, inclamabat circumstans populus ei. Implorat homo , auxilium Matri Joannæ. Mira res! Eo ipso momento, quo Matrem Joannam invocat, divisere se faxa, alia in hanc alia in alteram partem, proditque ille jam sepultus homo ē sepulchro ac puto cum summâ omnium præsentium admiratione, qui sine fine laudibus extollebant pie- tatem benignitatemque Providentiae DEI, quibus merita suorum exaltat.

CAPUT